



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 115. At ille negavit eum. v. 57.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

§. 115. At ille negavit eum. v. 57.

O fragilitas! quanta est hic Petri, qui à Christo tanto opere amatus, à parre de divinitate Christi illuminatus & taliter monitus, post tanta promissa, ad vocem unius mulierculæ, pusillanimitas cur non ait, quid ad te girrula? cur non pugno in os eius involat uti gladio in Malcham? Sed hæc erat hora hominum & potestas tenebrarum miseranda & ploranda & à Petro per omnem vitam deplorata.

O Bone Iesu, quomodo de me præsumam in minimo, ut me peccatorum periculis & occasionibus exponam, quando tam miser & fragilis es ante oculos meos Petrus, ille fortis, ille robustus, super quem ædificabitur paulò post Ecclesia Dei! Exhorta me & præcipitum in quo sto.

§. 115. Dicens mulier, non novi illum. v. 57.

Usus est Petrus verbo, Non novi, quod duplice habet significatio- nem, nempe negationem cognitionis, quæ est in intellectu, & approbatio- nis quæ est in affectu; & forte voluit tali æquivocatione ludere iustum an- cillæ, sed male; quia in neutrō sensu poterat eum sermonem Petrus profer- re; ideo verè deliquerit, vere negavit.

Deus humilium celitudo, & fortitudo debilium: confirma quæsumus quod in nobis es operatus, ut nos metiplos & sacerularia desideria abne- gantes, te in nullo negemus; sed fidem tuam, quam lingua nostra loquitur etiam moribus, vita lateatur. Veritatem si tacere possimus subinde nun- quam tamen assertione aliqua lèdamus; ineptis effugis, & æquivocatio- nibus non ludamus, qui sumus Christiani.

§. 117. Et post pusillum, alias videns illum. v. 58.

Ecce tentationes conglomerantur, ut ruat Petrus de peccato in pec- catum; has ut forterè ipsi parat insidiator dæmon, videtur ab ancilla, vide- tur a servo, & ab aliis & non videtur esse talis, quales erant Pontificum mi- nistri in moribus, in habitum, in oculis, in loquela, ideo contemplantur illum & judicant acrius.

O infelicem hominum conditionem! si bonus, si justus esse intendis ve- xatis; si perversus es eum perversis, lancinatis. Quid facies miser homo? aut mundus tibi debet vilescere, contemnendo; aut Christi servus esse non poteris, mundo complacendo.

N

§. 118.